

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula XV. Media constant ex contrariis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

utimam nempē provocationem & creationem, registratuū concessit, donec tandem creatis Tri-
biis plebis in Democratiā prolaberetur. Quan-
quam certē hīc transitus non est necessarius, cū
experientia testetur, Democratis patet Tyrann-
iū, (qua sub monarchiam comprehenditur) &
ineam subitō transire. Et docet ita Aristoteles
Pol. c. II. quemadmodum & Romana Respubl.
statu populari immediaē monarchia evasit.
Videatur Arnīsāus *Relect. Polit. Lib. II. cap. VI.*

ff. III.

REGULA XV.

Media constant ex contrariis

Ἄρα, καὶ τὸν ἀντίκειον εἶναι τὸ μέσον. Aristoteles
X. Metaph. c. X. t. 22. Et patet jam ferè sensus hu-
ius propositionis per explicationem *Reg. preced.*
Quadam enim constant ex extremis remissis for-
maliter: sicut in tepido calor & frigus actu & for-
maliter insunt, sed in gradibus remissis; quædam
tantum virtualiter: ut colores intermedii, & in-
moralibus medium per recessum ab utrōque ex-
tremo, sicut loquitur Suarez, qualis est virtus, quæ
licet non constet ex extremis propriè, sapit tamen
aliquo modo naturam extremonum: habet enim
aliquid de opere seu inclinatione utriusqne extre-
mi, ut e. c. liberalitas inclinat ad dandum, in quo
aliquo modo convenit cum prodigalitate, simul
vero inclinet aliquando ad retinendum, in quo
accedit quodammodo ad illiberalitatem. Vide

Kkk

So.

512 PARTIS SECUNDÆ.

Socratum in ind. locupl. l. c. Lege etiam & IX. L.
II. Eth. Aristotelis.

REGULA XVI.

Multa sunt ejusdem generis cum extremitatibus.

I. Πάντα τὰ μεταξύ ἐν τῷ ἀντὶ φύσει εἰναι
ών εἰσι μεταξύ, omnia media, & ea quorum sunt
media, in eodem sunt genere, ait Aristoteles ut cap.
X. L. X Met. Ratio ejus est, quia inter extrema
& media est transmutatio per se, sicut ex albō &
puniceum vel fuscum, & ex hoc nigrum, & vice
versā. Mutari autem ex genere uno in aliud
genus nihil potest, h.e. inter ea, quae genere diffe
runt, non datur transmutatio, nisi per accidens:
ut ex colore non mutatur aliquid in figuram, per
accidens tamen fieri potest, ut, cum ex albo sit fue
scum aut nigrum, subiectum simul aliam suscipit
figuram.

II. Manifestum autem est, non esse propositionis
onera nostram intelligendam de medio quoad sub
jectum: quid enim manifestius est, quam aerem,
qui est medium subiecti inter album & nigrum, &
lapidem, qui est medium inter sanum & aegrum,
non esse in eodem praedicamento cum hisce excep
tione? Vide §. III. Reg. preced. XIV.

III. Sed queritur, quomodo hoc in moralibus
habeat locum, cum ibi medium, ut liberalitas, sit
sub virtute tanquam sub genere, extrema autem
sit prodigalitas & illiberalitas, sub vicio?

IV.

IV. Resp.
memis, ve
menim ge
norum ejus
leib: sunt
in genere.
quot moca

I. Con
idesum tu
undum Pa
I. Dic
num oppo
nde, cognos
ponit, &
li posse.
stut multi
donyide
i modis, e
dis, tot que
tur alterum
que dicatur
& iisdem.

III. Re
institutum
sci possit
tra alia do